



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Quomodo sacra Eucharsitia sumi debeat, cap. 62.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

## CAPVT LXI.

**D**Iaconus quidam Steiueldensis, de ordine Præmonstratensi, Gerhardus nomine, apostatans, circa quatuor tempora se ordinem sacerdotalem suscepisse finxit, & Colonia in Basilica Sacti Michaelis, quæ in porta Martis posita est, quasi primam Missam, instruente eum sacerdote, miserimus celebravit. Ego eidem Missæ tunc scholaris interfui, & multas recepit oblationes: confessus est postea sacerdoti, qui ei astitit, a quo ego audiui, quòd quotiens se vertit ad populum, crucifixum contra se stantem viderit lachrymantem: est enim imago eadē antiqua, & sculpta, magna satis. Nam pius Dominus, qui olim fleuit super malitia ruiturę ciuitatis Ierusalem, etiam de præsumptione tanta lachrymari dignatus est. Ex lachrymis verò imaginis Christi, confiderans magnitudinem culpæ, pœnitentia ductus, sedem Apostolicam petijt, & in eadem via vitam finiuit. Hæc dicta sufficiant de sacerdotibus indignè conficientibus. De indignè sumentibus aliqua tibi dicā exempla.

Luce 19.

## CAPVT LXII.

**I**N Exodo præcepit Dominus agnum paschalem comedi assum igni, & cum lactucis agrestibus, renibusque succinctis: si de agno figurali per significationem hæc percepta sunt, quomodo aliquis audebit accedere ad esum veri agni, sine igne charitatis, sine amaritudine cordis, & castitate corporis? Nicodemus attulit myrrhæ & aloës quasi libras centum, & inuoluit Dominum in sindone munda, & post sepeliuit in monumento nouo, in quo nondum quisquam positus fuerat: & tu quisquis in peccatis es, sine myrrha & aloë, id est sine amaritudine pœnitentiæ, cordisque contritione, Dominum in sepulchro fœtido reponis? Agnus paschalis decima die mensis tollebatur, & quarta-decima die immolabatur: per quod ostenditur, quòd non debet accedere ad Eucharistiam, nisi qui impleuerit præcepta decalogi, & præcepta quatuor Euangeliorum. Audi nunc quid mereantur indignè communicantes.

De indignè cõmunicantibus.

Exod. 12

Ioan. 19.

Matt. 27

Exod. 12

## CAPVT